

licentia vna offendiculum
 fiat infirmis. Et rursus. Et
 peribit infirmus in tua scien
 tia frater. proque christus mor
 tuus est. Sicut autem peccantes
 in fratres et percipientes con
 scientiam eorum infirmas in christo
 peccatis. Hinc est quod Moy
 ses cum diceret Non male
 dices surdo. proinde adiun
 git. nec coram ceco pones of
 fendiculum. Surdo quippe
 maledicere est absenti ac non
 audienti derogare. Coram
 ceco vero offendiculum po
 nere. est discretam rem quidem
 agere. sed tamen ei qui lumene
 discretionis non habet scan
 dali occasionem prebere.

De exhortatione mul
 tis exhibenda ut sic
 singulorum virtutes
 adiunget quatinus per
 hanc contraria virtu
 tibus vicia non excre
 scant.

Capitulum LX

Hec sunt que
 presul animarum in
 predicationis diuer

sitate custodiat. ut sollicitudo
 congrua singulorum vulneribus
 medicamenta opponat. Sed cum magni studij sit.
 ut exhortandis singulis ser
 uiatur ad singula. cum valde
 laboriosum sit unumquemque de
 proprijs sub dispensatione debite
 considerationis instruere. longum
 tamen est laboriosius au
 ditores innumeris ac diuer
 sis passionibus laborantes
 vno eodemque tempore voce
 vnius et communis exhorta
 tionis ammonere. Ibi quip
 pe tanta arte vox temperan
 da est. ut cum diuersa audi
 torum sint vicia. et singulis
 inueniatur congrua et tamen
 sibi metipsis non sit diuersa
 ut inter passiones medias
 vno ductu transeat sed mo
 re bicipitis gladij tumores
 cogitationum carnalium ex
 diuerso latere incidat. qua
 tinus sic superbis predicetur
 humilitas. ut timidus non
 augeatur metus. Sic timi
 dis infundatur auctoritas.
 ut tamen superbis non cre
 scat effrenatio. Sic ociosis
 ac torpentibus predicetur
 sollicitudo boni operis. ut tamen
 inquietis imoderate licentia

ii 2